

tiām habuīt quī dicit hunc psal
mum tanquaz eius prologū in
collectione psalmorum fecisse: et
huc libro per modum p̄fatiōis
et absq; titulo preposuisse.

Collecto Nunc vero quo
mam abhuc la
de nutritiū indigeo īscium profe
cto me fateor et indignum ad tan
te profunditatis misteria digne rū
manda que a summis seruantur
doctoribus reseranda perfectis qui
solido cito pascuntur. Idcirco pro
prie infirmitatis non imemor hu
mili accessu pro aliquius moderā
tione intellectus tanto rūm miste
riorum mendicus hostium pulso
amicī qui in fractione pams a di
scipulis duobus est cognitus: sup
pliciter depositens ut panez daui
ticum mihi sic frangere dignetur
quatinus eiusdem pams sobrio
saltē sapore refectus fidelibus ad
huc lastentibus quantulam tunc
refectionem exinde satibrem vale
am ministrare ad gloriaz et hono
rem ipsius domini nostri Iesu chri
sti cui est honor et gloria in secula
seculorum Amen.

**Hugo de sancto vi
ctore libro de vir
tute orandi.**

Q Volsdā vero
mouere solet q̄ in orati

omibus nostris cum s̄eliz siue pro
nostra salute: siue pro aliorum sa
lute petere volumus: illos etiā nō
nunquaz psalmos qui petitionis
verba non habent rel ad petitio
nem nostram non pertinent decan
tare solemus: a de alijs scripturis
etiam quas in orationib; frequē
tamus similem absurditatem pro
ducunt Cū huiusmodi sunt vt rel
formam orandi non habent: rel il
li quam nos agimus cause non co
cordant. Quid enim aiunt prodest
illa in oratione verba dicere quib;
muemimus vel nihil: vel aliud q̄
necesse est a deo postulare. Non
orat: sed subsanat potius et ab ira
cundiam provocat deum: qui cum
ante conspectum eius postulatur
venit: subito se ab alia que nihil
ad rem pertinerevidetur replican
da conuertit. Ecce enim inquit
deum pro indulgentia peccatorū
nostrorū deprecari volum⁹ quid
nobis ad hoc prodest si vel Quare
fremuerunt gentes: vel Attendi
te popule meus: vel alium huius
modi psalmum de cantamus. No
ne ridiculum est ut talia cantātes
orare nos credamus. Stud fortas
se aliqui dicant et existimēt nihil
utilitatis esse quoties talia nostris
orationib; admissemus. Vide
aduertendum quod hoc interest
quando oramus hominem a quā
do oramus deum. Nam cum homo
nostram necessitatem scire non po
test: nisi ab alio doctus fuerit. De⁹
aut scit anq; petat qđ nob̄ necesse
sit. Homo igitur qui rogaſ per no

stram narrationem edocetur ut scilicet
at quid volumus: et per supplicati-
onem nostram pulsatur ut annu-
at quod petimus. Sed in illa que
ad deum fit oratione narratio neces-
saria non est: nisi homo forte ad hoc
narret ut ipse petitorem suam melius in-
telligat ut a propria narratore suam amo-
nitus quid petat consideret: et per
considerationem petitionis sue exci-
tatus deuotius oret. Sane quantu[m]
ad deum pertinet sola supplicatio
sufficit. quia ut diximus deus non
habet necesse doceri ut sciatur: sed sup-
plicandus est ut annuat. sed nul-
lo alio modo citius deus ad annue-
bim flentur quod si precantis animo
toto deuotionis affectu ad ipsius co-
uertatur. Ruetur ergo sunt ver-
ba orationis: absurdia non sunt si tam
tummodo competenter ad hoc profer-
ri possint: ut vel orantis affectus
ad amorem dei excitetur: vel quod am-
plius est si iaz amore eius flagret
excitatum demonstrent. Demonstrat
autem non ut deus occulta nostra
quasi nescientem docentur: sed ut nos
dum internum nostrum desiderium
foris loquimur: ex ipsis nostris
verbis amplius ad amorem inflam-
memur. Sola igitur cordis deuocatio
quantum ad deum sufficere poterat
nisi ab hoc in voce etiam formaret
oratio ut mentem orantis ad maiori-
rem deuotionem accendat. Nam si
cuit diximus si petitorem inserta nar-
ratio est non deus docetur: sed oras
ammonetur considerare quib[us] pe-
tit ut deuotius oret. Nequaquam igi-
tur vel illa ab orationibus nostris

verba excludere debemus. quia et si
modum petitionis nostre non ex-
plicant: utilias tamen affectus ani-
mi ad amorem dei et deuotionem
pietatis inflammant. Sed quia di-
uersis modis humanus affectus
ad amorem dei prouocatur: h[ic] est
nunc ipsis signatim modos distin-
guere a distinctos per exempla de-
monstrare. Sed sciendum prius
quod fratre omnino hoc genus orandi quod
quibusdam profus ab orationis
usu excludendum videtur ad capti-
one in pertinet. In captione autem
benivolentia auditoris operatur
quod tribus modis fit. Siue quan-
do aliquid de nostra miseria come-
moramus: vel etiam quando aliquod
quod ad depressionem aduersari-
orum nostrorum spectat in medi-
um adducimus. Dicamus igitur
omnes illas scripturas quas quo-
rumdam opinionem ad orationis usum
non esse assumendas existimat. In
circulo utilem debere et conuenienter
posse inter vota precium nostrarum
ab orantibus recitari. quia et ne
nobis affectum pie deuotionis ex-
citant et cor nostrum vel narrando
laudem dei ad eius amorem pro-
cant: vel ad nostram misericordiam
memorando ante conspectum dei nos
humiliant: vel maliciam aduersari-
orum nostrorum exaggerando et
nobis sollicitudinem et fiduciam
ram ipso ampliores prestant. Lau-
dem dei in potentia et benignitate
eius cognoscimus nostram misericordiam in
h[oc] fragiles auctores sumus mali-
ciam auctorum nostro deponent. quod

ad hirpietum sunt astuti et ad
oppriendum impij. Sive igitur
laudem dei in bonitate eiusa poten-
tia: sive miseriam nostram in infir-
mitate et culpa nostra: sive malici-
am aduersariorum nostrorum
in tyrannie eorum et astutia ad
exercitationem mentis et augme-
tū bone deuotionis orates comemo-
remus: nihil ineptum facimus.
et per pium affectum quez ipsa in
nobis verba excitant vbiqz orates
sumus. **V**t enim breuiter cuncta co-
plectar quotienscumqz laudem dei
narramus: quecumqz sint verba qn-
tumcumqz prolixa: quid in his om-
nibus intus cor nostrum dicit nisi
vnum hoc loquitur qz eum ammi-
rans amat: et amando ammirat.
Similiter quādō de nostra miseria
coram eo orantes agimus: quecumqz
sint verba quantumcumqz pro-
lixa: quid in his orationibz cor no-
strum dicit nisi hoc vnum qz confi-
temur nos misericordia eius que-
rere: et in eo omnem fiduciam no-
straz collocare. **R**ue deuotio quan-
tam humilitati est proxima: tan-
to magis deo accepta. **I**tem cuz
maliciam aduersariorum nostro-
rum tam spiritualiuz qz corporaliū
in orationibus nostris coram deo
acusamus: qualia cumqz sint ver-
ba quantumcumqz prolixa: quid
tamen aliud per hec omnia qz in-
sum iudicium dei ad nostram li-
berationem exposcimus ut eripiatur
nos ab his quoruz tyrannde mū-
ste opprimunt: et malicia iniuste
aduersamur. **E**t qui a vltionem de-

inimicis nostris et iubiciū eau-
se nostre diuino iudicio libenter re-
linquimus: quid est qz pro hac de-
uotione a humilitate iuste a dō im-
petrare non debeamus. **V**nusquis
qz ergo cum in oratione vel psalmos
vel alias quascunqz scripturas de-
cantat: diligenter consideret cui af-
fectui seruant: et ad illum affectu
to to misericordia excitat ad quez
id quod loquitur magis pertinet
videt. quia si verborum que loqui-
tur affectum habuerit per affectū
ipsum melius verborum virtutem
cognoscet et intelligentiam maiori
rem: deuotionez: affectumqz accedit.
Et infra forte cogitare cepi qn-
ta sit felicitas cum deo esse. Itz qn-
ta sit miseria in hoc seculo viuere:
quanta demum calamitas semper
cruciari in inferno. **E**t ex hac medi-
tatione mea subito amore celestis
patrie attrredit ipso affectu ducen-
te in hec verba incurro. **B**eat⁹ vir
qui non abiit in consilio impiorū
a in via peccatoru; non stetit. Cu-
ius psalmi totaz seriem si secundum in-
timum compunctionis sensum in
qz rūm⁹: qd aliud nisi hec vbiqz dicē-
te iuuenim⁹. **F**elices qz nūi qz a deo
recesserūt: et infelices ac miseri qui
se ab illo elongauerunt. Itz cogi-
tau mecum quanta esset potentia
dei: ac deī admirari cepi resamiam
hominum qui mortales sunt: et ta-
men voluntati eius obiciare non
pertimescunt. **E**x hac itaqz admi-
ratione compulsus fui exclamare:
et dicere. **R**uare fremderunt gen-
tes: et populi meditati sunt iam a.

Et est admiratio mixta indignationis qua resamia; admiramus; presumptioni indignamur. Item in angustiis constitutus. Quantum enim semper in dei misericordia confidebam; cogitare incipio. quia cum quodammodo me ab eo video derelictum ex affectu doloris in hec verba prorumpo. Domine quid multipliati sunt qui tribulat me; multi insurgunt aduersum me. Item ex affectu dilectionis canitur psalmus. Diligam te domine fortitudo mea. Ex affectu timoris. Domine ne in furore tuo arguas me. Hoc autem qualiter per singulos psalmos cognosci possit explanare prolixius operis expedit tractatum.

Aduertendū ē etiā ubi doctores habent noticiam de psalmis; regulariter in principio cuiuslibet psalmi ponitur nomen prophete facientes psalmum. Vbi autem tacetur argumentum est quod a doctoribus non men eius ignoratur. Cum autem scriptura ex ordinatione sancte matris ecclesie quotidie legitur in omnibus horis canonicas propter eius profundum et mirabilem sensum; quo disentiunt veritatis ad vetus et nouum testamentum pertinentes spiritus sancto reuelantur. expedit ut simpliciores ecclesie ministri scripture sacre continuae et necessario uti habent: sub brevi compendio aliqualem habent intellectum. Et quia in studio

interduz nimia prolixitate scripturarum tardantur. aliqui ex paupertate non habentes unde libros sumptuosos valeant adquirere. Alii in factis practicis quasi continue propter bonum regimen reipublice occupati. Ceteri vero in deuotione et pigricia prepediti Ideo hec scriptura quotidiana ad hanc brevissimam formam reducitur: ut breuitate et habendi facultate ad hanc videndum allicantur. Item aduersum quod sicut ostensione considerata interdum coram deo plures presentes et orationes fundimus: sic interdum prophete hic et precipue David de eadem materia faciunt plures psalmos. Item notandum quod psalmis quibus prophete sancti per modum orationis exhibantur sub priori testamento pro necessitatibus tunc currentibus: eisdem in horis et alibi nunc sancta videntur ecclesia. quia orando pro necessitatibus christianitatis et ecclie presentis possunt christiani se unius formiter deo conformare Dicamus ergo. Beatus vitus ic.